

persistens hereditariam justitiam nobis reliquisset, cumq; illa nos univis-
 set: longè tamen major & strictior est
 unio nostra cum Deo in Christo, post-
 quam nimirū ille homo factus huma-
 nam naturā adeo in seipso mundavit
 & nobilitavit, ut Adami justitia cum
 illa in comparationem venire nō pos-
 sit. Etenim sicut Christus cum huma-
 na natura quam semel assumisit, per-
 petuo manet unitus, ita in eadem Deo
 uniti manēt omnes fideles, quia Christus
 totus noster est, quemadmodum nos in se
 etiam nos toti ipsius sumus. Unde se-
 que
 quitur quā puritatem humana natura puros
 in ipsius persona est consecuta, eandē præstat
 coram Deo naturam singulorum fide- arg. ipso
 lium habere: id quod innotescet in die
 extremo in metamorphosi corporum
 nostrorum, quando clarificato illius
 corpori apparebunt similia. In hac
 autem vita per & propter fidem nobis
 dicitur, *Tota pulchra es amica mea;* Can-
 tic. i. Et Eph. 5. *Gloriosa sine ruga & ma-
 cula;* & Psalm. 45. *Gloria ejus ab intus, in
 fimbriis aureis.* Breviter, justitia nostra
 in Christo tanta est, quant' ipse Deus,
 & æque ut hic imperscrutabilis. Unde
 omnes creature cohorrescere, nihilq;
 quod.